



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Primum Argumentum. Quo mystico divinæ sedis, seu throni typo, cujus S. Iohannes in Apocal. cap. 4. meminit, beatissimam Virginem Deiparam subindicari ex prolatis in eam rem sanctorum Patrum, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

est cor eorum, ubi est thesaurus eorum. hæc Origenes, & August. lib. 1. de serm. Dom. in monte ca. 17. ut supra diximus, tractans illud: Cælum thronus Dei est, spiritualiter, inquit, sanctas animas cæli nomine significat Idem in Psal. 121. super illud: Quia illic sederunt sedes in iudicio: Cælum, inquit, mihi sedes: qui sunt isti, nisi iusti? unde facti sunt Cælum, quia iustificati: quomodo peccator factus est terra, cui dictum est, Terra es, & in terram ibis: sic iustificati facti sunt cælum, portauerunt Deum, & de ipsis Deus coruscabat miracula, tonabat terrores, pluebat consolationes.

Idem August. in Psal. 98. super illud, Quis sedes super Cherubim, moveatur terra: Cælum, inquit, non hoc quod oculis nostris suspicimus, valde pretiosum est Deo: Cælum Dei, anima sancta sunt: Cælum Dei, mentes omnes servorum eius sunt, de quo dictum est cælum mihi sedes. Nec silentio prætereundum est, ecclesiam peculiari quadam ratione de sanctis mulieribus ac de Virginibus præcipuè idem in Officio Ecclesiastico canere ad eas ex persona Christi, Veni electa mea, & ponam in te thronum meum: fortasse propter puritatem virginiam, aut continentiam, seu vidualem, seu coniugalem, quæ maximè mulierum præclarum est ornamentum; fortasse etiam propter devoti scemine sexus cognomentum ab Ecclesia mulieribus merito inditum: devotio enim animam peculiari quadam ratione efficit, ut thronus sit, in quo sedere, ac conquietere dicatur Deus.

7. Ecclesia item ipsa, quæ cæterus est quidam, & congregatio fidelium, Dei sedes dicitur, quare Augustinus lib. 13. contra Faustum ca. 13. Ecclesiam Christi, quæ omnibus apparet,

& eminet, vult apud Ierem. cap. 17. prædici: & esse sedem gloriæ exaltatam, de qua apud Apostolum, Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Atque ita Beda, Abbas Ioachim, & Rupertus sedem Dei, Apoc. 4. interpretantur Ecclesiam triumphantem, vel militantem.

Denique thronus divinæ Sapientiæ in columna nubis esse percipitur Eccl. 24. Ego, inquit, in altissimis habitans, & thronus meus in columna nubis. Per columnam porro nubis Deus in deserto filiis Israël ducatum præbès, eoque ab ætæ solis protegens ad terram promissionis perduxit, & in eadem columna nubis Psal. 98. loquebatur ad eos. Dicitur porro sedes Sapientiæ esse in columna nubis, propter sublimitatem, qua à terra altius elyatur: & quoniam inde multa admirabilia mysticè operatur, fulgura scilicet ad illuminandas hominum mentes; tonitrua ad corda obdurata concutienda; gratiarum pluvias ad irrigandas fidelium animas, quare Dan. 7. cum nubibus cæli veniebat filius hominis, & Psal. 103. Qui ponis nubem ascensum tuum. Nec illud prætereundum ex supra dictis initio capitis ipsam Dei maiestatem, & potentiam per Dei thronum significari, ut ait Carthusianus super Apoc. cap. 1.

Cum igitur Dei thronus tam multa in sacris litteris significet, totque Patrum sententiarum multis aptè conveniat: reliquum est, ut illud accuratè per vestigemus, quam ratione Virgo Deipara in 4. illo Apocalypsis capite divinæ sedis, seu throni typo adumbrata intelligatur.

Ierem. 17.

Beda. Abb. Ioach. Rupert.

Eccles. 24. Columna nubis Dei thronus dicitur.

Psal. 98

Dan. 7. Psal. 103. Dei Maiestas thronus Dei appellatur Apoc. 1.

Apoc. 4.

PRIMUM ARGUMENTUM

QUO MYSTICO DIVINÆ SEDIS, SEU THRONI TYPO, CVIVS S. Iohannes in Apocalypsi cap. 4. meminit, Beatissimam Virginem Deiparam subindicari, ex prolatis in eam rem sanctorum Patrum, sanctarumque litterarum testimoniis comprobatur.

CAPVT II.

SVMMARIVM.

Virginem Deiparam aliquo symbolo intellectam in visione Apoc. 4. num. 1. Throno eburneo Salomonis & throno sapphirino Ezechielis, quæ etiam aliis in locis sacrarum

litterarum, ubi mentio fit de Dei throno seu sedulo, Virginem Deiparam adumbrari, quæ omnia sigillatim examinantur à n. s. & deinceps.

QVO FACILIOR NOBIS earum rerum sit explicatio, quas ad sanctissimam Virginem

ginem Dei genitricem ex hoc, quem huic operi præscripsimus, Apocalypsis loco, pertinere existimamus. præcipue autem, quod divina sedis, thronivè nomine adumbretur; præstiterit primum celeberrimam illam visionem à S. Ioanne in sacra Apocalypsi c. 4 & 5. descriptam in summam brevem coactam, & huc translata, sub unum velut aspectum dare lectoribus. Deinde diligenter disquirere, atque investigare, num S. Ioannes in ea visione eandem Virginem Deiparam præstiterit; an aliquo typo, & quoniam subindicaverit; sic enim fiet, ut his in ipsa fronte accuratè perspectis, commodius quivis cõsequi possit, quæ prima quasi subtegmina ducamus huiusce nostræ disputationis; quæ deinceps è suis initiis subtexta consequenter, eodem filo ad finem usque pertere meditemur; ut, quo ad eius fieri possit, singula congruenter unum in corpus quam aptissimè coalescant, & media primis, mediis extrema respondeant.

Et sanè cum S. Ioannes in sua Apocalypsi librum illi admirabilem sigillis septè obsignatum ab Agno resignari vidisset, perspicuè prævidit haud dubiis rerum futurarum significationibus varium pro tempore Ecclesiæ statum, & maxime memorabiles utriusque, temporis eventus, & prosperos, & adversos, ex ordine notari, ut quodque sigillum resignasset Agnus. Cuius ad hæc enarranda aggredere tur divina maiestatis vim, atque amplitudinè adorandam, singulasque cælestis curiæ partes (ante cuius conspectum hæc fieri divinitus sibi sunt patefacta) aliis, atque aliis appositissimis typis accuratè, diligenterque est executus, atque ob oculos prope modum posuit. Scribit enim vidisse se positam in cælo sedem, Deumque similem aspectui lapidis iaspidis, & sardinis illi insidentem? & circa sedem, iridè similem visioni smaragdinae, vidisse viginti quatuor seniores stolis albis amictos, multis claros insignibus, sedem, seu thronum circumfusos, è quo fulgura micabant, voces, ac tonitrua personabant: vidisse lampades septem ardentes ante thronum, qui sunt (inquit ipse) septem spiritus Dei: vidisse in conspectu sedis mare vitreum simile crystallo: Quatuor verò illa animalia senis alis prædita, plena oculis ante, & retro (quorum primum leoni, secundum vitulo, tertium homini, quartum simile aquilæ volanti dicitur) trisagii hymnum cõtinenter concinentia in medio, & in circuitu throni fuisse testatur. In capite postea quinto narrat in dextera sedentis in throno fuisse librum conscriptum in-

tus, & foris, sigillis septem signatum, quæ nemo aperire, nemo ne respicere quidem poterat, deinde vidisse se in medio throni animalium, & seniorum Agnum statem tanquam occisum habentem cornua septem, & oculos septem, qui sunt (inquit ille) septem spiritus Dei missi in omnem terram ab Agno porro apertus est liber, quo recluso seniores, & quatuor animalia suppliciter coram Agno procumbentes, canticum novum in eius laudem concinuerunt: multitudo quoque Angelorum, qui stabant in circuitu throni & animalium, & seniorum, & erant millia millium, & omnis creatura in cælo, & super terram, & sub terra, & in mari Agnum pateriter collaudarunt. Hæc summa est illius visionis; quæ enim ad singulorum sigillorum reclusionem S. Ioanni sunt ostensa fuisse sequentibus capitibus ab eodem describuntur.

2. Hac porro visione Deus optimus, ex sacra Apoc. interpretibus, quatenus Ecclesiæ suæ summa providentia paternè prospicit, eamque sua sapientia administrat, se exhibuit; ideoque maiestas eius ex nobilissima curia, qua magnificentissimè stipatus erat, indicatur. Eaque recensentur in primis, quibus divina eius in homines providentia declaratur, cuiusmodi est eius pulchritudo, iustitia, misericordia. Iaspis enim divinæ naturæ pulchritudinem, quæ iustorum est præmium, quo ad bonum allicimur: Sardius, propter rubrum colorem, divinam iustitiam, qua à malo deterremur: Iris verò Dei misericordiam præferet. His accedunt, & alia, quæ supra commemoravimus, viginti quatuor nimirum seniores, septem Angeli divino throno astantes, & reliqua, quibus quodammodo quasi administris ad suam providentiæ, vel manifestationem, vel executionem utitur. De quibus omnibus quoniam, vel divinum thronum circumstare, vel aliqua alia ratione ad illum spectare dicuntur, nobis infra à cap. 14. & deinceps sigillatim quid significant, quæve ratione ad Deiparam pertineant, quam per hunc thronum significari existimamus, diligenter, & copiosè agendum erit; hic verò satis sit ea attigisse.

Deiparam in visione Apoc. 4. non fuisse à S. Ioanne prætermisissam, sed à aliquo symbolo subintellectam.

His cognitio, senio sanctissimam Virginem in hac visione, ubi tã accuratè singula cælestis auriæ partes describuntur, à S. Ioanne minime prætermisissam, sed symbolo aliquo intelligi.

Apoc. 4.

Visio cap. 4 & 5. Apoc. breviter consentur.

Apoc. 5.

Explicatur Scopus narrata visionis Apoc. 4.

B. Virginis aliquo symbolo Apoc. 4. intelligi.

quo indicatam. Neque enim verisimile videtur à B. Ioanne, qui tam multa cœlestis aulæ, tamque præclara spectacula fuisset diligenter persecutus, solam Virginem fuisse præteritam, & eam Virginem, qua secundum Deum nihil in terris habetur illustrius, & in quam ipse Virgo scriptor egregius singulari pietatis, & obervatiæ studio ferebatur. Multa porò sunt, quæ nos in hanc sententiam adducunt. Primum in hac visione, vt supra dixi, Deus optimus, vt Ecclesiæ suæ providens ostenditur, eaque quibus eius providentia, vel manifestatur, vel exercetur, recedunt, præcipue quoque cœlestis aulæ partes recedunt. Hinc lectissimi quique Sancti veteris & novi testamenti per viginti quatuor seniores, quatuor Evangelistæ per quatuor animalia, septem Principes Angelorum throno Dei astantes per septem lampades significati ponuntur; & reliqua, à quibus ne nimis longum faciam, supersedeo. Sed Beatissima Virgo cœlestis Ierusalem pars est longè præstantissima, quippe quæ præ omnibus puris creaturis principem apud Christum Regem obtinet locum; & cum corporis, tum animi similitudine omnium proximè ad eundem Christum accedit; in qua ipsum Dei Verbum caro factum est. Et quod ad efficientiam, & progressionem spectat divinam in homines, & Ecclesiam suam providentiæ, nemo est qui ignoret, ipsam Virginem apud Christum jure materno primas pro Ecclesia, eiusque membris intercedendi partes agere: cum Mater sit iustorum, peccatorum Advocata, Mater item misericordiam, per quam Deus suam in homines vberimè effudit misericordiam; hac verò misericordia, Dei providentiæ, cuius proprium est misereri semper, & parcere, præcipue ostenditur, qui etiã omnipotentiam suã parcendo maximè (vt ait Ecclesia,) & miserando manifestat: per Deiparam etiam tot, tantaque suæ Ecclesiæ quotidie beneficia largitur: quod cum inconfesso sit apud omnes, nos in præsentem id pro certo supponimus infra suo loco, vt Virginis laudes magis celebremus, copiosius ostensuri. Quare in mystico hoc Sanctæ Ecclesiæ corpore, cuius caput est Christus; ipsa collum, quod cæteris membris eminet, & per quod omnis à capite virtus deriuatur in membra appellatur: vt iure optimo Apoc. 12. quemadmodum ait Bernardus, *sub eius tanquã mediatrici pedibus luna, qua nonnunquam propter susceptum à sole splendore Ecclesiam huius temporis à Christo sole iustitia suis radice illustratur*

significat, constituta legatur. Quod idem animadvertit S. Anton. 4. part. tit. 17. c. 20 §. 2. vbi de Virgine explicat illud Eccl. 24. *In Ierusalem potestas mea, hoc est in Ecclesia: Quoniam Ecclesia, inquit, iure sub pedibus est Virginis, nõ tantum sub eius patrocinio, verum etiam sub eius est dominatione, ac potestate. Ergo cū sit pars secundũ Christũ omnium nobilissima, per quam Deus suam providentiã, & in homines misericordiã peculiari ratione exercet, præcipue cõmemorãda videbatur.*

Secunda ratio

Secundo quemadmodum in sacris litteris veteris testamenti, & Ecclesia vniuersa, & singuli eius status, & præcipue quædam personæ, quæ ad Ecclesiæ fundamenta pertinere videbantur, variis figuris, ac Prophetarum vaticiniis prænunciantur. (Hinc Domini præcursor Ioannes Baptista, hinc Apostoli duodecim, & pleraque alia præmonstrata sunt,) & quemadmodum etiam in nouo-testamento in sacra Apocalypsi non tantum ea, quæ ad futurum militantis Ecclesiæ statum, verum etiam, quæ ad cœlestem Ierusalem spectant, ipsi etiam duodecim Apostoli, & præclariores quædam personæ quatuor scilicet Evangelistæ, septem spiritus ante Deũ astantes, & alia eiusmodi sub variis imaginum integumentis, ac symbolis, vt à Prophetis fieri solet, describuntur: ita & Virgo Deipara, quæ ratione maternitatis Christo filio est cõiunctissima, quæ in Ecclesia ad Christi œconomiam omnium maximè pertinet, quæ totius cœlestis patriæ decus est, & ornamentum longè præclarissimum; in veteri quidem testamento ita mysticis præfigurata miraculis, & oraculis est prænuntiata prophetis, vt à Hieronymo in Micheæ c. 6. Vaticinium dicatur Prophetarum, quod ipsum plerique quos in c. 17. afferemus, affirmant Patres, & præsertim Bernard. 2. super Missus est, & in ep. 174. qui utrobique plurimas de Virgine affert figuras, plurimas prophetias. Ergo & in sacra Apocalypsi, qua & noui testamenti arcana continentur, & augustissima Dei Ecclesiæ suæ prouidentis maiestas cum tota sua cœlesti curia typicè describitur, ipsam etiam suis typis adumbratam esse, nemo inficari poterit.

Hieron.

Bernard.

Tertio inter huius visionis symbola aliud quod aptissime congruere Virgini demonstratur, vt ex sequentibus perspicuum fiet, igitur eo symbolo subindicatam eam esse confitendum est. Cæterum expectandũ nõ erat, vt Deipara Virgo disertis verbis quasi proprio nomine hic exprimeretur; cum & ipse Christus nõ nisi sub

Tertia ratio

B agui

lica-
Scopi
rata
onis
c. 4.

Joan. 7.

Missale
Roma-
num.

Apoc. 12.
Bernard.

virginis
quo
ubelo
oc. 4.
elligi.

*B. Virg. euv
proprio. no
mine Ap.
4 non ex
p. masur.
d. 100. 4.
p. 3.*

*Iris ali-
qua ratio-
ne B. Vir-
ginis si-
gnificat.
Genes. 9.
Beda.*

*Apoc. 4.
Ambros.
Iris mise-
ricordia di-
vina sym-
bolum.
Thronus
Apoc. 4. B.
Virginis est
symbolum.
Pet. Dam.
Apoc. 19
Bernard.
Apoc. 4.*

agni symbolo in hac visione nominetur: tota enim fere hæc visio, quæ à cap. 4. Apoc. ad octavum vsq; excutit, ostensa est Per illustres significationum notas, & rerum nobis notarum imagines, quibus varia, quæ S. Iohanni aperite volebat Deus, adumbrantur. hinc mentio sedis seu throni, similitudinis lapidis iaspidis, sardinis & smaragdi iaspidis, septem lampadum ardentium, viginti quatuor seniorum, quatuor animalium, maris vitei, libri signati, Agni habentis cornua septem, & oculos septem & aliorum huiusmodi typorum. Quare satis est si Deipara sub aliquo typo subintelligatur. Hæc autem posito, tum illud inquirendum restat sub cuius rei symbolo significata sit, & sanè non incongruè per iridem thronum ambientem posset quispiam dicere, etiam adumbratam: Iris enim cum in signum fœderis post diluuium data hominibus, divinam misericordiam significare solet: at B. V. mater est misericordiae, & velut signum, seu prænuncia fuit misericordiae per Christum filium eius hominibus præstitæ. Quod si Beda in Apoc. 4. per iridem in circuitu throni Sanctos significari existimat, quod Ecclesiam suam in recessione vndiq; relictam; multò magis id in B. virginem convenire nemo est, qui dubitet, atq; ad eò per iridem significari posse. Verù et si nò inferior, per iridem Virginem intelligi posse: hic tamen Apocalipsis 4. iaspidis nomine divinam misericordiam cum Ambrosio, & aliis significatam censeo; cum præsertim, & alio typo apertissime Virgo ipsa subintelligi possit. 4. Mea igitur sententia est Beatiss. Virginem per Dei sedem, quæ græcè θρόνος Apoc. 4. legitur significatam esse: quod diuenter explicandum, probandumq; in hac disput. suscepi, atq; ea est sententia Petri Damiani in serm. de Nat. Virg. vbi illud, *Ex vox de throno exiit.* Apoc. 4. explicat de Virgine prodidisse, & Bernard. de Virg. qui habetur tom. 2. suor. oper. explicans illud Apo. 4. *De throno procedebat fulgura,* &c. pariter de Virgine intelligit, vt dicemus infra, & videtur esse valde consonum sententiæ complurium Patrum, quos in hoc capite tabo, qui eam Dei Thronum absolute appellant præsertim quia Thronus nò quilibet sedem, sed magnificentius quoddam solium significat, id, quod rectè advertit Augustin. in Psalm. 121. super illa verba, *quia illic sederunt sedes in iudicio,* verba Augustini sunt: *Sedes dicit quas graeci θρόνος appellant. θρόνος graeci fellas dicunt sanquam honorabiles.* sic Augustinus.

Nos autem quatuor præcipuis argumentis hanc sententiam hoc ordine confirmabimus. Primùm ostendemus sanctis Deiparam à SS. Patribus thronum Dei simpliciter appellari, & in sacris litteris per thronum figurari. Deinde propterea, quod in divinis oraculis, vel etiam apud Patres nonnulla in rebus creatis propter sui excellentiam throni Dei nomine, vt c. xi. di. xi, nuncupantur; horum etiã appellationem præcipua quadam ratione in sanctissimã Virginem cadere demonstrabimus. Ad hæc cum Angelorum ordo, qui throni appellantur, per convenientiam (vt verbis utar S. Thom. par. 1. q. 108. a. 5. ad 6. ex Dionysio c. 7. de coelesti hier.) ad materiales sedes explicetur, quæ de hac convenientia pluribus ibi persequitur S. Thomas, excellentiori ac perfectiori ratione Beatissimæ Virginis convenire probabimus; ac proinde Dei throni nomine singulari quadam ratione præ reliquis appellandam; deniq; quæ in sacra Apocalypsi de hac Dei sede, seu throno dicuntur (quæ ad duodecim fere reuocantur capita) Beatissimæ Virginis peculiariter ita congruere, vel aptari, vt per illam Dei sedes non obscure significari videatur. Sed antequam ad nostræ sententiæ confirmationem progrediamur, expedienda est quædam difficultas. Dicit enim quispiam, esto per Dei sedem in hoc loco Ap. 4. à Petro Damiano, & Bernardo B. Virgo intelligatur; ab aliis tamen interpretibus, & numero pluribus. & auctoritate non imparibus in eum Apocalyp. locum sedes Dei aliis modis explicatur. Primò enim sedes Dei ex Ambrosio, Andrea Casariensi, Areta, & Anselmo, sunt Sancti, in quibus tanquam in throno refidet Deus. Secundo ex Ruperto, in apoc. c. 1. sunt Angeli ex Richardo & Angeli, & Ecclesiæ Doctores, atq; Pastores. Tertio ex Beda, Abbate Ioaehimo, atq; Ruperto, est Ecclesiã triumphantis, vel militans. Quarto deniq; ex Lyrano, & S. Antonio p. 1. histor. tit. 16. ca. 1. §. 2. est auctoritas, & potestas Dei Ecclesiæ regentis. Ad huius nodi explicationem constituendum est ex August. lib. 12. confess. ca. 18. & seq. quem S. Thom. 1. par. q. 12. arti. 10. sequitur, nullum esse inconueniens, etiã secundum litteralem sensum in divinis litteris plures eiusd. litteræ esse sensus, propter Dei, qui auctor est sacrae Scripturæ, infinitatem, qua omnia simul suo intellectu comprehendit. Quare etiã si omnes illæ quatuor interpretum sententiæ veræ essent; nò propte-

*Throni Dei
nomen
virginem
exprimere
quatuor
rationum
apud Patres
genibus
comprobatur.*

*S. Thomas
Dionysius.*

Obiectio.

*Pet. Dam.
Bernard.
Apoc. 4.
Sedes Dei
ex Sanctis
varie sum-
mitur.*

*Ambros.
And. Cas.
Areta.
Anselm.
Rupertus.
Richard.
Beda.
Abb. Ioa.
Rupertus.
Lyranus.
S. Anton.
August.
S. Thomas
Obiectio
refert S. Ieri-
pura plu-
res posse esse
se sensus
litterales.*

propterea minus vera redderetur interpreta-
tio illa, qua B. Virginem per thronum intelligi
dicimus. Ad hæc quamvis in hunc locum Apo-
calypsis non ita multi auctores per Dei thro-
num Virginem significari dicant, nullus tamen
id negat & præterea innumeri ferè Patres do-
ctrina, & auctoritate præstantes, quos mox af-
feremus, Virginem sanctissimam Dei thronum
reuerenter appellat, siue cum de ea sermo-
ne faciunt siue cum alios diuinarum literarum locos,
vbi throni diuini mentio fit, exponunt: quare
eorum sensum, & interpretationem aptissimè
huic etiam loco Apocalypsis accommodare
licebit, præsertim cum firmis rationibus ipsi
afluatur. Accedit quòd si Sancti, siue singuli
per se se, siue omnes in vniuersum siue doctores,
& Pastores, siue ipsi Angeli, siue Ecclesia ipsa,
vt existimant allati auctores, per hanc sedem
significentur: hoc ipsum de beatiss. Deipara
multò magis affirmare necesse est, quæ præ
cæteris est sanctissima, vt cap. 5. dicemus, & ex
Theologorum doctrina, omnes prærogatiuas,
quæ in cæteris Sanctis reperiantur (modo sexui
non repugnent) ipsa in se vna cõplectitur, præ-
sertim cum in Ecclesia militanti dñi videret, &
nunc post mortem in triumphanti, secundum
Christum, primum dignitatis locum obtineat.

5. Verum si rem totam accuratius expendamus,
quamquam non incongruè ea omnia, quibus
sedis Dei nomen ab Auctoribus illis tribuitur
aliis in locis sacrarum literarum saltem al-
legoricè per Dei sedem significari possint: hic
tamen Apoc. 4. aliquid aliud, nimirum B. Vir-
ginem adnotatã existimamus: cum enim Sancti,
& Angeli, Doctores item, & Pastores, Ecclesia
quoque ipsa militans, & triumphans per alios
typos in hac visione commodius indicentur.
Certè aliquid aliud per Dei sedem accipi debere,
fitendum est; præsertim cum sanctis Virginem
in ea visione: vt supra ostendim⁹, prætermis-
sã esse nulla ratione credibile sit; neque quiequã
fit, quod subintelligi aptius possit. Sancti verò
præcipui tum veteris, tum noui testamenti in vi-
ginti quatuor seniotibus significantur: quatuor
Euangelistæ in quatuor animalibus; reliqua verò
animarum sanctarum multitudo in mari vitreo, vt
bene docet Pererius in illum locum Apo. & in
hos omnes sunt reliqui Doctores, & Pastores.
Quod verò ad Angelos spectat, septem quidè
Angelorum principes per septem lapides arden-
tes exprimentur; reliqui autem Angeli c. 5. de-
scribuntur sub nomine multitudinis Angelo-

rum, qui erant millia millium: neque vlla ratio
virget, cur iterum in eadem visione sub typo
throni poni debuerint. Deinde licet Dei maie-
statem per Dei thronum alibi in sacris literis
significari vltro cõcedamus, in hoc tamen ca-
pite aliquid à Deo distinctum indicari existimo.
Cum enim hæc Dei sedes cum quodam veluti
apparatu, & emphasi, quasi aliquid peculiari
atimaduersione dignum cõmemoretur, super
quam sedere dicitur De⁹, similiter vigintiqua-
tuor seniores, quatuor animalia, & reliqua, quæ
sedem ambiunt, quæ celebrant, seu aliqua ra-
tione cõmendant, diligenter describat S. Ioan-
nes: hoc sanè sedis apparatu non tam potesta-
tem, maiestatemq; diuinam, quæ à Deo non di-
stinguitur, quàm rem aliquam ab insidente Deo
seiuinctam significare voluit, quæ videtur sen-
tentia interpretum illorum quos supra citauimus,
variè Dei thronum in hoc loco accipientium,
tanquam aliquid à Deo diuersum; & ita Ap. c. 21.
filius mulieris amictæ sole, raptus scribitur ad
Deum: & additur, *Et ad thronum eius*, quasi ali-
quid ab eo diuersum, vt c. 31. dicemus plenius.

Et Ap. 19 post voces cælitium de damnatione
Babylonis Deū collaudatium, *Et vox de throno
exiit dicens: Laudè dicite Deo nostro omnes seruis
eius, & qui timeis eum pusilli, & magni*, quæ ostē-
ditur thronus à cælitibus post quorum laudes
loquitur, & ab illis omnibus seruis Dei pusillis,
& magnis, quos inuitat ad Dei laudem distin-
gui: immo etiam ab ipso Deo, quem vox ipsa
de throno prodiens appellat Deum nostrum,
præsertim quod Apoc. 21. post vocem aliam de
throno prodeuntem subiicitur statim: *Et dixit,
qui sedebat in throno: Ergo sedens in throno ab
ipso throno distinguitur, quare thronus vide-
tur fuisse creatura rationis particeps, quippe
quæ loqui inducitur. Deo præ cæteris proxima:
reliquis Angelis, & Sanctis, quos ad Deū laudā-
dum excitat, superior: & hæc aptissimè dici
esse Deipara, vt docet Petrus Damianus ser. de
Natiu. Virg. Hanc tamen ratione c. 33. plenius
expendemus. Atque hæc de sententiis eorum,
qui aliter hunc locum sunt interpretati. Reliqui
est vt probemus meritò hoc loco Deiparam per
thronum Dei significari. Cæterum illud præ-
monendum videtur, quod ad ea omnia quæ in
toto hoc opere pertractabimus, cõducit, licet mystico
in hac materia, vbi de sanctissimæ Virg. præ-
rogatiuis agitur, ex scripturæ locis etiam in sen-
su mystico argumētum ducere. Quod etiam do-
ctè animaduertit noster Franciscus Suarez tẽ-
teria.*

Apoc. 22.

Cap. 32

Apoc. 19.

Cap. 33.

Ex scri-

ptura sen-

tons. etia

in sensu

totu hoc opere

pertractabimus,

cõducit, licet

mystico

in hac materia,

vbi de sanctissimæ

Virg. præ-

rogatiuis agitur,

ex scripturæ

locis etiam in

sen-

su mystico

argumētum

ducere. Quod etiam

do-

ctè animaduertit

noster Franciscus

Suarez tẽ-

teria.

2. in 3. parte, disp. 4. sect. 2. cum Ecclesia ipsa huius scripturæ loca B. Virgini accommodet, & à Patribus, qui de Virgine scripserunt, passim id fiat, vt videre est apud Sanctos Bernardum, Bonauenturam, Bernardinum Senensem Carthusianum, Hugonem & alios, qui in Cati-
 Born. Sen. ca scripserunt, quos habes apud nostrum Martinum de Rio in Commentariis in Cantica.
 Carthus. 6. Quod igitur sub typo diuinæ sedis, vel throni Beatissima Virgo subintelligatur; primū argumentum fit ex auctoritate S. S. Patrum, qui de laudibus eiusd. agentes inter alia præclara, illam Dei thronum appellant: etenim Deus ipse in eius anima ab instanti immaculatæ Conceptione perpetuè ac perfectè sededit per copiosissimam gratiā, cuius fuit, etiam ante filii incarnationem plenissima, teste Angelo, qui eā, & gratia plenam, & inuenisse gratiam apud Dominum asseruit: imò S. Bernardinus Senensis tom. 3. serm. 11. art. 2. cap. 1. illud Psalmi 121. *Surge Domino in requiem tuam*, explicat de beatis jubilantibus, & Dominum exhortantibus obuiam ire suæ genitrici in assumptione, & sic ait: *Vocant Beati Virginem gloriosam requiē Christi, non tantum quia in ea nouē mē- sibus requieuit, sed etiam quia plus per quietum amorem requieuit in ea, quā in tota alia creatura rationali: sicut Ecclesi. 24. ipsa B. Virgo testatur: Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo.* Ita S. Bernardinus. Cæterum præter hanc perfectissimā in habitationem in eius anima per gratiam; in eius præterea vtero ex castis (inquit Damascenus) & purissimis sanguinibus eiusdem Virginis sibi carnem animatam anima rationali, & intellectuali construxit, atque nouē mensibus Christus Dominus. (in quo, Coloss. 2. *complacuit omnī plenitudinē diuinitatis habitare corporaliter*), in eodem vtero permansit, quem virgineo partu editum Deipara vberē de cælo pleno lactauit, & infantem toties ipsa in sinu fovit, atque in ulnis gestauit, & ad hanc Virginis dignitatem declarandā iam inde ab Apostolorum temporibus ipsa cū filio inter eius brachia resedēte depingi solet: quod à S. Luca Evangelista, & ab aliis consequenter factum, imagines Virginis ab ipsidem depictæ quæ in Ecclesia religiosè asseruantur, perspicuè testantur. Hinc merito S. S. Patres eam, vt dixi, Dei thronum absolute appellant, non tantum eo tempore, quo in terris Christū gestauit, sed etiā nunc ipsi in cælo regnanti hoc nomen tribuendum docent, quod ex subiectis auctoritatibus perspicuum fiet.

Bernard.
Bonaven.
Born. Sen.
Carthus.
Hugo.
Mar. de Rio.
B. Virgin.
thronum
Dei appel-
lari au-
thoritatem
Patrum
probat.
Bernard.
Sonus.
Psal. 121.

Ecclesi. 24.

Damasc.
lib. 3. de fi-
de orthodoxa.
Coloss. 1.

PATRYM TESTIMONIA DEIPARAM
Thronum Dei appellantium.

IN primis Ecclesia in quadam antiph. in die Natiuitat. B. Virg. sic canit: *Natiuitatem hodiernam perpetua Virginis Genitricis Dei Maria solemniter celebremus, qua celsitudo Throni processit: quasi diceret, qua natiuitate Virgo illa processit, quæ est THRONVS celsissimus: vel processit celsitudo illa, quæ est THRONVS: vel illa, quæ summum est THRONI fastigium.*
 In Litanis Deiparæ, quæ Laureti decantari solent, Sænes sapientia appellatur.
 S. Iacob. Apostolus in Liturgia, quam 6. Synodus vniuersalis canon. 32. allegat, & habetur de consecratione dist. 1. c. Iacobus, *Deus noster, inquit, tuum vterum THRONVM fecit.*
 Methodius orat. in hypapantem Domini Virginem vocat SEDREM gloriosam, Deoque dignam; quæ solis mentis oculis conspicui possit.
 S. Athanasius in sermo. in descriptionem B. Mariæ, & S. Ioseph apud Metaphrastem, & refertur à Surio die 27. Decembris tom. 6. vbi S. Athanasius mysteria scrutatur loci, in quo Deipara Christum peperit, & inter alia sic ait: *Parua illa domus Ecclesie figuram continebat, præsepe verò altaris: & mox: Dominus, inquit, Iesus Pontificis formam in se gerebat, THRONVS autem Dei per Virginem Mariam figurabatur, hæc ille.*
 Ephrem sermo. de laud. Virg. eam salutando: *Aue, inquit, THRONVS Creatoris mei gloriosissime* Epiphani. serm. de Laud. Deip. Deipara, inquit, etiam cælorum virtutes in stuporem conuertit: *Obstupuerunt omnes Angeli, Cherubim, ac Seraphim, & exhorrescebant: Spectabant Virgine, Cælum, & THRONVM, & formidabant, dum conspicerent eum, qui principio caret, descendentem à Throno Cherubico, in VTERO VIRGINIS SEDERE.* Et iterum: *Aue gratia plena, qua thronus Cherubicum diuinitatis fulgore superas: & iterum; Stupendum inquit, miraculum in Cælis ALTER THRONVS CHERUBICVS. Et iterum: THRONVS, inquit, es diuinitatis, qua Coruscantem in Cælo, & in terra solem habes Christum: supra verò idem Epiphani. Anna, gratia. interpretatur. & grauidæ effecta Cælum, & THRONVM CHERUBICVM peperit sanctam puellam Mariam: illa enim reperitur esse Cælum, Templum, & THRONVS, & iterum: Thronum cruciformem, & cælestē eam vocat; Dico, inquit, illā esse Cæli, THRO-*

Offic. Eccl.
in die Nat.
Deipara.
Quia si-
gnificat il-
lud, qua
celsitudo.
Throni pro-
cessit.
Lit. Laur.
S. Iacobus.
Methodus.
Athanas.
Metaphr.
Surius.
Ephrem.
Epiphani.
B. Virgo
vocat
thronus
cherubi-
cum.

THRONVM SIMVL. & Crucem, extendens enim sanctas vlnas Domini portauit THRONVS CHERUBICVS, crucis formis. & caelestis. sic Epiphani.

Hieron. Hieronymus libr. aduersus Heluidiu, beatissimam Virginem non tantum filij, qui in castis suis visceribus resedit, sed propter singularitatem, & copiosam praer omnibus puris creaturis gratiam, Dei templum, & Spiritus sancti Sedium appellat.

Chrysof. Chryostomus in sermo. de Virg. inter titulos, quibus sanctissimam Virginem salutat: Aene inquit, THRONVS.

7 Augustinus libr. de Assumpt. initio, Sola, inquit, meruit Deum, & hominum parturam suscipere, facta THRONVS Dei, & aula Regis aeterni: secundum quod nos docuisti per sanctos tuos Patriarchas, Prophetas, & Apostolos, figuris. & sermonibus, quibus credimus, & certi sumus, quia nunquam sefellisti, qui nec fallere, nec felle nonisti.

& infra de beata Virg. THRONVM, inquit, Dei thalamum Domini, domum, atque tabernaculum Christi dignum est ibi esse, ubi ipse est. ita Augustinus.

Ildefonsus. Ildefonsi. serm. 3. de Assumpt. de hac ipsa solennitate agens: Hodie, inquit, audiuit illam vocem blandientis sese maiestatis, qua dicitur, Veni electa mea, & ponam super te Thronum meum, quia concipitur Rex speciem tuam, ad quam suam vocem credimus, quod gaudens, & exultans soluta est beata illa anima, & perrexit ad Dominum, ubi facta est ipsa THRONVS, qua fuerat in caelo templum diuinitatis. idem serm. 2. de Assumpt. THRONVS, inquit, beatissima Virginis preparatus ante mundi constitutionem, in die Assumptionis caelorum, glorificatur etiam ab Angelis: nec immerito, quoniam, & ipsa facta est THRONVS Dei, & Thalamus, in cuius vtero veniens sapientia Dei Patris, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.

Helych. Helychi homilia 2. de laud. Virgini, inquit, omnis grati animi lingua salutat Virginem, & post pauca: Alius Dei THRONVM appellat, alius templum maius caelo, alius CATHEDRAM non inferiorem Cathedra Cherubica, alij arcem, arca Noe latiore, longiore, & illustriorem.

Andr. Creten. Andreas Cretenensis orat. 2. de dorm. Virg. THRONVM excelsum eam appellat.

Damasc. Damascenus orat. 2. de dorm. Tu, inquit, es SOLIUM illud Regium, cui assiterunt Angeli Dominum, & effector em insidentem cernentes. & oratio. 2. de Natiuitat. manus Virginis Deum gestantes, & genua vocat THRONVM Cherubi-

nis sublimiorem, quibus manus dissolutae, & genua debilia confortantur.

Bruno sermone de Annunciatione eam THRONVM Dei appellat.

Georgius Nicomed. orat. de oblat. Deip. THRONVM gloriosum vocat.

Rupertus libr. 5. in Cant. initio illud: Ego dormio, & cor meum vigilat, de Deipar. explicans, & ad eam sermonem dirigens, O caelum, inquit, Dei, unica SEDES Domini.

Bernardus in sermone quodam de beata Maria, & habetur tom. 2. suorum operum. loannes, inquit, in Apocalypsi de THRONO ait, scilicet. de MARIA, procedebant fulgura, & voces, & tonitrua, quia Mater filij Iesu Christi parabolat, a-nigmata, legalia, mirifica gesta, dicta, opera audius ebibit, fidelius credidit, syncerius, luculentius-que alijs edidit, haec Bernardus.

Bonauentura in speculo B. Virg. cap. 5. Caelum est, inquit, Maria, cum qua caelesti puritate, caelesti claritate, caelestibus alijs virtutibus abundauit: tum quia SEDES Dei altissima fuit, teste Propheta, Dominus in caelo parauit sedem suam, & cap. 8. cum Virgine loquens. Tu, inquit, es THRONVS ille indeficiens, THRONVS in aeternum, THRONVS filij Dei, de quo Pater per Prophetam ait, THRONVS tuus sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in aeternum, & verum in aeternum. ita Bonauentura.

S. Bernardinus Senensis tom. 3. concion. serm. II. art. 3. cap. 1. citat illud Psalmi, quod Propheta in persona Domini loquens dicit: & Thronus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in aeternum, & testis in caelo sicut THRONVS siquidem Dei filij, inquit ille, Mater illius est, qua in conspectu eius sicut sol fulgens est, quantum ad gloriam animae, & sicut luna perfecta in aeternum, quantum ad gloriam corporis sine defectu: proinde gloria resurrectionis fidelis est testis & art. 2. ca. 2. citat pro assumptione illud 2. Reg. 3. quomodo iurauit Dominus Dauid, & vt eleuetur thronus eius super Iudam, & Ierusalem. THRONVS, inquit, iste, in quo sedet. & requiescit Dauid manu fortis, & vultu desiderabilis Iesus Dei filius, fuit gloriosa Virgo Maria, quae eleuata fuit ad altitudinem Regni, vt de ea dici possit, quod non solum dominatur a Dan usque Bersabea sed dominatur a mari gratiae, usque ad mare gloria, & a flumine influxuum diuinorum, usque ad terminos orbis terrarum super omnem creaturam regnans. sic S. Bernardinus, & infra: Haec exaltatio Virginis prauisa fuit Isai. 6.

2. Reg. 3.

Psalm. 78.

Isa. 6. Vide

Vidi Dominum sedentem super SOLIUM, quia immobiliter requieuit super Virginem gloriosam Mariam excelsum quidem, & eleuatum ratione dignitatis latissima. hucusque S. Bernadinus.

Atque hæc de multorum Patrum testimonij, qui Deiparam Dei thronum absolute prædicant: reliquum est, vt ex sacris literis ea proferamus, quibus Virgo beatissima per Dei thronum ex sanctorum Patrum sensu significatur.

DEIPARAM DEI THRONVM IN sacris literis sapè significari.

Virgo in throno Salomonis eburneo significatur. 3. Reg. 10. Anselm. libr. de cõ cop. Virg. cap. 3.

8. ET primùm quidem complures ex Patribus eam in celebri illo Throno eburneo auro fuluo nimis conuestito à sapientissimo Salomone facto figuratam dicunt; candor enim soliditatè, & pretium eboris B. Virginis puritatè; quæ, vt ait Anselm. maior sub Deo nequit intelligi. & virtutum eius soliditatem, ac priuilegiorum inestimabile pretium: aurum verò fuluum nimis, charitatis eius ardorem eximium ostendebant: quibus ipsa velut præclara quædam sedes veri Salomonis Christi Domini, qui est pax nostra, tot admirabilibus insignibus decorata est, cui quidem rectè illud de hoc throno quadrat elogium: Non est factum tale opus in vniuersis regnis. Thronum hunc eburneum de B. Virgine explicant Bonauentura in spec. B. Virg. c. 2. Thronus, inquit, Salomonis est Maria. grandis omnino in gratia, & in gloria. & Lyran. in expof. moral. 3. Reg. 10. & S. Antonius 4. part. tit. 15. c. 44. 6. 7. & Petr. Dam. egregium serm. de hoc throno Salomonis habuit in Natiui. beatæ Virginis, vbi illum Virgini eleganter accommodat, & subiicit: Fecit inquit, THRONVM, vterum videlicet intemerata virginis, in quo SEDIT illa maiestas. Hanc sessionem filij, & probauit, & cognouit Pater. ipso dicente: Tu cognouisti sessionem meam. & Thronus tuus Deus in seculum seculi, & Thronus iste sicut sol in conspectu tuo. & post pauca: Et vox de THRONO exiit, dicens. Laudè dicite Deo nostro omnes sancti eius: & ex THRONO, inquit, hæc est, ex Virgine, laus Angelorū prorumpit, & hominum, quia dum hic restituitur, ille refarcitur, virique gratiarum debent deuotionem. Nostri quidam dicunt, qui sedet in throno? Ecce non a facio omnia, scilicet THRONVS, in quo sedet Dominator Dominus, in quo, & per quem non solum omnes, sed omnia renouantur

3. Reg. 10.

Bonauen.

Lyran. S. Anton. Petr. Dam. 3. Reg. 10. Psalm. 138. Psalm. 44. Psalm. 88. Apoc. 19.

Apoc. 21.

Hactenus Petrus Damianus; Qui postea reliqua in throno illo à Salomone facta de Virgine luculenter exponit; & inter alia, explicans quàm grandis sit: Quid, inquit, grandis Virgine Maria, quæ magnitudinem summam Diuinitatis intra sui ventris clausit arcanum? Accende Seraphim, & in illius superioris natura superuola dignitatem, & videbis quicquid minus est, minus Virgine, solumque opus eius: Sed supergredi.

9. Neque solum in throno illo Salomonis Dei matrem figuratam voluit Auctores grauiissimi, sed crebrò etiam in Prophetis. vbi de folio, seu throno Dei habetur mentio significatam docent. Nam Isaia 6. per SOLIUM excelsum, & eleuatum: super quod Dominus ab Isaia sedere cõspicitur, beatam Virginem intelligit S. Bernardinus loco citato: & ad hoc respiciens Damascenus orat. 2. de dom. Virgin. Virginem alloquens. Tu, inquit, es SOLIUM illud regium, cui asserunt Angeli, Dominum, & effectorem insidentem cernentes. nisi malis Damascenum spectare ad thronum apud Danielem cap. 10. Aspicebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit, mille millium ministrabant ei, & decies milies centena milia assistebant ei. Andreas Cretensis ad eundem Isaia locum respiciens oratione 2. de dom. B. Virg. eam THRONVM excelsum appellat.

S. Bonauentura in spec. B. Virg. cap. 7. Dominum illam, in cuius folio Dominus sedere visus est ab Isaia. vult esse B. Virginem, in cuius mentis folio Dominus requieuit; & exclamat Bonauentura, O verè beatissimum, & verè stabilissimum SOLIUM: Hoc solium excelsum est in intellectu, eleuatum in affeetu, excelsum quoque inter homines eleuatum super homines: excelsum est gratia, eleuatum in gloria. In SOLIO mentis Maria Dominus sedet, & domus corporis Maria plena erat maiestatis eius. hæc ex Bonauentura.

Isaia etiam 16. habetur. Preparabitur, inquit, in misericordia SOLIUM Agno dominatori terra, & sedebit super illud in veritate. Hoc solium diuinæ misericordiæ est B. Virgo, vt ait Bonauentura in spec. B. Virg. cap. 8. & Pelbartus de Temesuar in stellario virginis lib. 12. part. 2. art. quomodo autem Dei misericordia per Virginem conferatur, plenius dicemus in cap. 16.

Illud etiam Ierem. 17. SOLIUM gloria altitudinis

Petr. Dam. 3. Reg. 10. Virgo in folio excelsi Isaia 6 figuratur. S. Bernardinus Damasc. Danso. Ande. Cret. Bonauent. Petr. Dam. Cap. 16.

B. Virgo so- tudinis à principio, locus sanctificationis nostra, **luna glo-** expectatio Israel Domine: licet Lyranus leuem, **ria.** 17. de celo empyreo altissimo, ubi Deus se videndum exhibet sanctis; Gloffa verò interlinearis Ierem. 14. & Lyranus ibidem de templo Salomonis. Augustinus etiam libr. 17. contra Faustum cap. 13. de Ecclesia, ut iuper- **Lyran.** tionem capite dixi, in eihg. inter Galatinus tamen libr. 7. de arcana catholice veritatis cap. 18. illa omnia de sanctissima Virgine ad literam eleganter sic interpretatur. Per SOLVM, inquit, Gloria gloriosam Virginem Matrem Messia intelligi arbitror, qua cum sit in cael. st. gloria super omnes choros Angelicos exaltata, recte dicitur SOLIVM aliuuans. (id est sedes Dei altissimi, super quam diuina sedes maiestas) dicitur vero SOLIVM gloria, quia sicut sedes ornata ac regio more parata sedentis magnificentiam, ac maiestatem indicat: ita Deus in B. Virgine ostensus erat gloriam suam & claritatem; ipse enim Christus est lux vera, qui illuminat omnem hominem, additur SOLIVM gloria à principio (id est ab initio immaculata Conceptionis, qua fuit sine vllis labo peccati.) hæc ex Galatino. Quod autem de beata Virgine id intelligendum sit, probat non solum ex dictis, & præterea auctoritate cuiusdam Rabbi Hakados magnæ apud Hebræos auctoritatis, quem Hebræi honoris causa appellant Rabbi Hakados, id est, magistrum nostrum sanctum, dicens Matrem Messia esse SEDEM, quam Deus constituit, ut in ea sederet Rex Messias ad ostendam omnibus mortalibus maiestatis suæ gloriam: si detiam id confirmat Galatinus ex verbis illis: expectatio Israel Domine, quæ ibi proxime subnectuntur; vera enim expectatio Israël non erat, nisi Messias, qui ex matre sua sanctissima proditurus erat.

Rabbi Ha- 10. Thronus quoque sapphirinus Ezech. 1. **kanos.** quid aliud, quàm beatam Virginem præsignificabat? Sic enim legimus: super firmamentum quod erat in manibus capitæ eorum, nimirum quatuor animalium, quasi aspectus lapidis sapphiri similitudo THRONI. & super similitudinem THRONI similitudo quasi aspectus hominis desuper: Per firmamentum enim plerique Angelos; per thronum verò sapphirinum aliqui, ut S. Antonius 4. part. ti. 15. cap. 44. § 7. & Petrus Galatinus lib. 7. de arcana cap. 18. B. Virginem super choros Angelorum euectam accipiunt, & S. Bonaventura in spec. B. Virg. c. 11. ipsa, inquit, est THRONVS ILLE SAPPHIRINVS,

quæ, sicut in Ezech. legitur, super firmamentum Angelicum exaltatus est. Dicitur autem B. Virgo similis sapphiro propter intemeratæ virginitatis gloriam, & omnimodam puritatem: tota enim erat cælestis: Sapphirus enim ex Plinio lib. 37. cap. 9. cærulei, id est, cælestis coloris est, & aureis punctis collucet: Beatissima verò Virgo quidni cælestis; quam sol vestit; stellæ coronant, sub curus pedibus luna ipsa subicitur? In hoc verò sapphirino throno conspicitur quasi aspectus hominis, id est, Christus Dominus ex Virgine conceptus, in cuius vtero nouem mensium spacio, tanquam in sede pretiosissima, reledit.

Apud Ezechielem præterea capit. 44. de porta orientali sic habetur, Porta hac clausa erit, non aperietur, & vir non transibit per eam, eritq; clausa Principi: Princeps ipse SEDEBIT in ea, vel ut vertunt septuaginta, & legit Ambrosius de institut. Virg. cap. 6. & erit clausa, quia Dux ipse SEDEBIT in ea: Porta ista orientalis clausa ex contentu ecclesiæ, & Patrum ipsam sanctissimam Deiparam significat, in qua ex Ambrosio libr. citat. cap. 7. sedit Christus corpore, & ex qua exiit; erat verò ad Orientem, quoniam verum lumen effudit, & genuit nobis Orientem; de quo Zaharias, Ecce vir oriens nomen eius, peperitque solem iustitiæ. Idem Ambrosius capit. 8. De Christo, inquit, dicitur ad Ecclesiam, Quoniam confortasti seras portarum tuarum, & suam portam confortare non potuit? sed confortasti profecto, & seruauit intactam, quam semel clausi sanctus, & uerus, qui habet eluam Dauid qui claudit, & nemo aperit. Hæc ex Ambrosio. Hieronymus verò in Apologia ad Pammachium pro libris aduersus Iouinianum cap. 4. agens de beata Virgine: Hæc est, inquit, Porta Orientalis, ut ait Ezechiel semper clausa, & lucida, operiens in se, vel ex se proferens sancta sanctorum, per quem sel iustitia, & Pontifex noster secundum ordinem Melchisedech ingreditur, & egreditur: quæ enim clausa erat, eiusdem perpetuam virginitatem indicabat, ita enim canit Ecclesia, & docet Hieronymus loco citato, & in Ezechiel. 44. Origenes homilia 2. ex varijs in Isaia tom. 3. Ambrosius locis citatis, Augustinus sermone 2. de Natiuitat. Dom. Chrysostomus orat. de Annunciat. Epiphanius orat. de laud. Virg. Andreas Cretensis orat. 2. de dorm. & orat. de Annunciat. Chrysippus homil. de Deipara. Damascenus libr. 4. de fide ortho.

Plin.

Apo. 17.

Ezech. 44

B. Virgo

porta o-

rientalis.

Sapientia

interpr.

Ambros.

Ambros.

Ambros.

Zachar. 4

Hieron.]

Ezech. 44

Origen.

Ambros.

August.

Chrysost.

Epiphani.

Anat.

Cret.

Chrysip.

Damasc.

orthodoxa cap. 17. & orat. 1. de Nativ. Virg. & alii complures Et licet per eam Princeps, id est, Christus transierit: perpetuo tamen, etiam in ipso partu, fuit causa: ipse enim Christus, ut eleganter ait Augustinus, *Virginis filius, & Virginum sponsus, attulit matri fecunditatem, sed non abstulit virginitatem*; immo causam perpetuæ virginitatis refert Propheta, iuxta septuaginta Interpretum versionem citatam, quæ inquit, *Dux iste sedebit in ea. Deum enim, ex Bernardo, huiusmodi dicebat natus, quæ non nisi de Virgine nasceretur, talis congruebat, & Virginis partus, ut non pareret nisi Deum*: In hac porta Orientali sedere dicitur à Propheta ipse Princeps: ergo in sanctissimæ Deiparæ utero virgineo, tanquam in throno magnificentissimo, sibi que gratissimo resedit ipse Christus Princeps Regum terræ. Apoc. 1.

Aug. lib. 1 de pñe ad Catechu-
mentos c. 4
n. 7 Interp
in Ezech.
44. Bern.
serm. 2.
super mis-
sus est, &
serm. 4 de
Assum.
Apoc. 1.
Dan. 3.
B. Virgo
thronus
Regni Dei.

Lyran.
Colloso.

Matth. 2.
Psal. 32.
70. Inter-
pr.
B. Virgo
firmisimū
solium
Hieron.
Genebrar.
Felix.
Sanctes
Pag. Hugo
Cardi.

Sap. 8.
B. Virgo di
citur rega
Lyran.
lan/en.

11. Daniel 3. tres pueri in fornace quasi ex uno ore Deum collaudantes in hymno inter alia sic Domino concinebant: *Benedictus es in templo sancto gloria tua & superlaudabilis, & supergloriosus in sacula, Benedictus es in throno Regni tui, & superlaudabilis, & superexaltatus in sacula*. Lyranus in hunc locum, illud: *Benedictus es in templo sancto gloria tua*, explicat de humanitate sanctissima Christi, in quo ex Apostolo Colloso. 1. *inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter*; Illud verò *Benedictus es in throno Regni tui, hoc est*, inquit Lyranus, *in Virgine, quæ ex speciali modo coniuncta est Deo ratione maternitatis, & dicitur proprie ipsius thronus, quia in gremio eius sedit quando recepit munera à Regibus* Matth. 2. sic ille.

Psal. 32. ubi in vulgata ex septuaginta *egimus, de preparato habitaculo suo respexit super omnes qui habitant terram*. S. Hieronymus ex Hebræo vertit: *De firmissimo solio suo prospexit*: ita etiam Genebrardus, & Felix, ac sanctus Pagninus de habitaculo *Sessantis* sua. Hoc autem habitaculum, quod ex Hebræo dicitur solium, explicans Hugo Cardinalis inter alias significationes interpretatur de B. Virgine, quam dicit Deum præ aliis parasse ad habitandum: de qua respexit super omnes, qui habitant terram, id est, super omnes peccatores. 12. Porro illa Sapientie verba ca. 18. *Cum, B. Virgo di inquit, quietum silentium contineret omnia, & cecit rega nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sedes, tenens sermo tuus de Cælo à regalibus sedibus, durus debellator in mediam exterminii terram profectus*: hæc (inquam) Sapientie verba, quæ

Lyran. & Iansenius ad litteram intelligunt de præcepto, quo Ægyptiorum primogenita vici- uerta sunt interfecta in exitu Israël. de Ægypto; Ecclesia tamen in missa, & in officio ecclesiastico in festis natalitibus Domini, ad Christi natiuitatem, quæ circa noctis mediâ contigit, refert: in quo tenet omnipotens sermo Dei, id est, Christus Dominus Verbum Patris, caro factum de Virgine utero aduenit: licet enim filius Dei dicatur, non tantum verbum, sed etiam sermo, ut docet Augustinus in Ioan. 17. tract. 108. in illa verba: *Sermo tuus ueritas est, & Cyprianus lib. 2. contra Iudæos ca. 5. & alii*: tamen sermo valde accommodatè dicitur de verbo incarnato, tum quia sermo apud nos solet dici ipsum verbum vocale, ni mirum verbum mentis voce conuersum, & expressum tum quia videtur significare orationem ex planibus vocibus compositam, ita Christus Dominus meritò Dei sermo appellatur: est enim verbum Patris nostra humanitate vestitum ex duobus constans natura. Cui autem dæmon fortis armatus custodierit atrium suum, & in alto silentio, ac pace essent omnia, quæ possidebat, cumque densissima peccatorum, & præsertim idololatricæ tenebræ uniuersum orbem terrarum (si vix unum ludææ angulū excipias) occupassent; ipse Christus, omnipotens sermo Dei, media iam nocte, (ut veritas figuræ responderet) natus est de sacratissima Virgine, quam meritò cælum, ut cap. seq. dicemus, & de eius utero virgineo, quæ Regalis Sedes Sapiens vocat, & ad profligandas æthereas potestates, ac diripienda vana fortis, fortior ipse, & durus debellator profectus: de Christo enim recens nato, ut cap. 23. pluribus ostendemus, intelligitur illud Isaia 8. *Voca nomen eius accelera, spolia detrahite, festina prædari, quia antequam sciat puer vocare Patrem suum, & matrem auferetur fortitudo Damasci*: Et illud Isaia 11. *Et delectabitur in fons Isa. 11. ab ubere super foramine aspidis*: Idem quoque de Christo infante prædixit Sibylla Cumæa apud Virgilium Ecloga 4. *Act tibi prima puer nullo munuscula cultu*. Et infra: *Occidet, & serpens, & fallax herba veneni, Occidet, Affyrium vulgo nascetur amomum*. Hoc autem de Christo oraculum ex Sibylla Cumæa esse desumptum, dixit Constantinus in oratio. ad sanctum Cetum ca. 20. apud Eusebium, & probat Augustinus libro 5.

Offic. Ecel
in Antiph.
Dom. 4.
Dom. infr
ob. Nat.
in mis-
sa virg. &
infra ob.
Euph.
August. in
Ioan. 17.
Cyprian.
Christus
sermo Pa-
tris dicitur.
Luc. 11.
Christus
adhuc in-
fans dæmo-
nis regnū
eruit.
Isa. 8.
Sibyl. Cumæa
Virg.
Ecl. 4.
August.
de

de Civitat. cap. 27. ex illo eiusdem Eclogæ.

Vltima Cumas venit iam carminis ætas.

offic. Eccl.

Huius enim sanctiss. *Virginis parvus, ut canit Ecclesia, exitus salutis exordium.* Et interfectio primogenitorum Ægypti, in qua liberati sunt filij Israël de ergastulo Ægyptiorum, figura fuit liberationis nostræ ex dura dæmonis servitute in Christi adventu perficiendæ; ideo illud Sap. 18. ad utramque significandum meritò referri potest.

Deipara vocatur excelsus thronus

Exponitur introitus missæ in Dominica infra oct. Epiph.

Hebr. 1. Agg 7.

13 Ecclesia quoq; Deiparam thronum Dei excelsum eleganter appellare videtur in Dominica infra octavam festi Epiphaniæ, cum Magistella duce intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre eius, hoc est in eius ulnis, tanquam in præclarissimo throno residentem: eo enim die Ecclesia missæ introitum sic auspiciatur: *In excelsò Throno vidi sedere virum quem adorat multitudo Angelorum psallentes in unum.* Per hunc vero thronum excelsum satis patet Deiparam accipiendam esse, in cuius sinu Magi, nomine Ecclesiæ, Christum qui ab Angelis adoratur, & videntur; & ipsi pari et adorant. Postquam enim Verbum caro factum est, Angeli jugiter adorant virum, hoc est Christum, qui Deus est, & homo; quem, cum primum carnem suscepit, omnes iussi fuerant adorare; teste Apostolo ad Hebr. 1. *Et cum iterum, inquit, introducit primogenitum in orbem terra, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei.* Quod cernens Ecclesia in altitudine temporum impletum, tanquam rem quandam novam, diuq; cunctis gentibus desideratam, tota laetabunda in dicto Missæ introitu in hanc exultationis vocem prorumpit, eaq; de causa omnes ad Dei laudem, & obsequium excitat versiculo illo Psal. 99. qui ibi subnectitur. *Lubilate Deo omnis terra, seruite Domino in latiss.* Quin etiam hac voce *Viri* Christus à Magis adoratus non tantum verus homo asseritur, verum etiam in ea ætate, quamvis infans, & in matris gremio reclinatus, *Vir* tamen fuisse certum sapientia, & gratiæ plenitudine perfectissimus prædicatur, iuxta illud de Christi conceptione Iere. 31. *Femina circumdabit virum:* Quod autem thronus ille sit Deipara, illud argumento est; quia Ecclesia virum hunc in excelsò throno ab Angelis adoratum, non aliter his Epiphaniæ diebus est conspicata, quam per Reges Magos; Magi vero non alibi, quam inter brachia matris cum qua puerum invenerunt, quæq; ut supra dixi, ab Ecclesia *celstundo*

Psal. 99.

Ierem. 31.

Matth. 2.

In officio

throni dicitur; & celsissimus Dei thronus, jam tum fuisse c. f. & o. à nobis ostendetur. Quibus consonat versiculus ille psal. 95. ex versione qua utitur Platænum Romanum: *A dorate Dominum in aula sancta eius, quem versiculum Ecclesia in Officio Epiphaniæ toties usurpat; quam eòim ibi excelsum thronum; hic aulam Dei sanctam nominat. invitavit enim nos, ut cum sanctis Magis Dominum adoremus in matris sinu, quam David appositissima metaphora, propter eius dignitatis amplitudinem, ac sanctimoniam, Aulam sanctam Dei vocat. quare Ecclesia à David edocta in quadam solemnium precatione, sic ait: Deus qui virginalem aulam B. Mariae Virginis, in qua habitaret, eligere dignatus es; & SS. Patres Ambrosius Augustinus, & alij, quos cap. seq. afferemus, Dei genitricem aulam Dei appellare consueverunt. Quod autem Ecclesia verba illa: In excelsò Throno vidi sedere virum: de Magis, qui Christum in matris gremio viderunt, intelligat, ex eo colligitur: tum quia hoc mysterium per eos dies ab Ecclesia recolitur; tum etiam, quia Ecclesia agere videtur de celebri Christi apparitione, & adoratione, quæ sanè per Magos est illi delata. In Magis namque, inquit Leo sem. 2. de Epiphaniæ vocationis nostræ, fide q; primitias agnoscimus, & quem in festiuitate Natiuitatis Virgo peperit, in festiuitate eius declarationis mundus agnouit. ita sanctus Leo: quo circa, & ipsum Epiphaniæ nomen ab apparitione est inditum. Neque enim Ecclesia verba hæc de pastorum adoratione pronunciat, qui eum inter duo animalia inuenerunt positum in præsepio, throno minime excelsò, quin etiam adeo humili, & diuerso ab eo, in quo eius gloriam, ut ait Joannes cap. 22. inter Seraphim olim conspexerat Isai. in cap. 6. lux prophetiæ, ut Abacuch idipsum spiritu prænoicens in stuporem, pauore q; adductus exclamaret, iuxta versionem septuaginta, quam Ecclesia de mysterio præsepit, ubi à Pastoribus est inuentus, legit: Domine, inquit, audivi auditum tuum, & timui, co. s. te rari opera tua, & expaui. In medio duorum animalium innotescit? quo circa non ab re aliqui meditantur Christum Dominum qui in die Natiuitatis pastores Iudaorum primitias, (sic enim eos vocat Fulgentius sem. 3. de Epiphaniæ) Sinagoga nomine ad eum venientes quasi familiariter, ac domesticè in incunabulis præsepit jacens admiserat, in die tamen Epiphaniæ Magos gentium primitias velut iolennes*

Natiuitas. B. Virg. Psal. 95.

Officium Ecclesiæ. Ambros. August.

Leo.

Luce. 2.

Ioan. 12.

Isa. 6.

Abacuc. 3.

In officio

in die Cir-

cume. sta-

meditantur

Christum

Dominum

qui in die

nis.

Fulgentius

lennes earum legatos quodammodo honorificentius excipere voluisse; quippe qui throno omnium, quos siue in caelis siue in terris habebat, magnificentissimo insidens, inter brachia nimirum matris, se eis adorandum exhibuit. Et hoc quidem complures Patres expressè testantur, Ambrosius serm. 1. de Epiphania, Mater, inquit, partu molli blanditur gremio, eum adorandum Magis ingerit. Chrysostomus homil. 8. in Matth. Inuenerunt, inquit, Magi puerum cum Maria, quae eum in suo gremio collo-

Ambros.

Chrysost.

cauit. his astipulatur Hilari. Arelaten. homil. 1. de Epiphania, Eusebius Emisenus in cap. 2. Matth. Puer, inquit, in sinu matris oras, & Euthym. in Matth.

Hila. Arel.
Euseb. E.
miss.
Euthym.

2 Quando, inquit, ingressi sunt Magi, Virgo Christum super genua habebat.

Ex quibus omnib. liquido apparet Deiparam thronum Dei ab Ecclesia, & Patribus appellari, & per Dei thronum in sacris literis aptè significari.

SECUNDVM ARGVMENTVM,

QVAE THRONI DEI NOMINE INTERDV M CENSENTVR,

Beatissime Virgini Deipara peculiari ratione tribui.

CAPVT III.

S Y M M A R I V M.

Deipara est Coelum. num. 1.

Quomodo figuretur per columnam nubis. n. 5.

1
Secunda ratio, qua Virgi. throni Dei nomen conuenire probatur.



Secundum argumentum quo probamus per thronum De beatissimam Virginem significari illud est; quod eorum nomen, quibus throni Dei interdu m tribuitur appellatio, B. Virgini singulari ratione conueniant; ut per antonomasiam thronus Dei appellanda videatur; quod in hoc capite sic demonstrare conabimur. Sedes Dei, ut c. 1. dicebamus, appellatur interdum caelum; Angeli quoque sancti, iustorum animae, & Ecclesia ipsa Dei thronus vocatur: columna item nubis diuinæ Sapientiae thronus dicitur; sed B. Virgo, vel iisdem nominibus in diuinis oraculis, & à sanctis Patribus appellatur, vel eminentiori modo ea continet, ob quæ hæc omnia sedes Dei dicuntur, quod si diuina maiestas interdum throni Dei nomine significatur, profecto inter puras creaturas in Deipara maiestas Dei potissimum relucet: ergo ipsa singulariter præ omnibus est thronus Dei.

DEIPARA SIGNIFICATR per Cælum.

B. Virgo dicitur Cælum.

In primis ipsa Virgo sanctissima sæpe dicitur à Sanctis, Cælum, propter suam eximiam celsitudinem, claritatem, firmitatem, incorruptionem, amplitudinem, puritatem, propter suam caelestem in terris conuersationem, & supra reliqua, præstantiam; & quia Christum

solem iustitiæ nobis detulit. Simul etiam quia veluti caelum in hæc inferiora, multa in nos bona suis precibus, & meritis influit, atque impetrat: quin etiam instar caeli mentem habuit omnibus diuitiarum, honorum, & deliciarum cupiditatibus superiorem: hæc enim sunt, quæ in mortalium animis veluti terreni vapores, & exhalationes in inferiori regione ventos, ac perturbationum procellas gignunt; ad caelestem tamen regionem minimè pertingunt. S. Iacobus Apostolus in sua liturgia ad Deiparam: Tuum, inquit, uerum thronum fecit, & tuum uentrem lassorem, & ampliozem caelis reddidit. Et idcirco Bern. ser. 2. super Salus Regina, Virginem per firmamentum dividens aquas ab aquis, quod Genes. 1. initio creasse scribitur: Deus significat ostendit his uerbis: Et opera manu eius annunciat firmamentum; Fiat, inquit firmamentum & iudicat aquas ab aquis. Omnibus firmamentu firmius firmamentum tu Domina; quæ eum, quæ caeli capere non poterant, cepisti, & concepisti; portasti, & non defecisti; genuisti, & luisisti, pauisti, māmasti, & educasti. Tu in medio aquarum diuisisti aquas ab aquis, affectus uide licet aeternorum ab affectibus temporalium. Posuit Deus in hoc firmamento solem, & Lunam, Christum, & Ecclesiam, & stellas, prærogatiuas gratiarum multas sic Bern & Epiphani. ser. de laud. Deipar. cum dixisset uterum Virginis esse caelum septem circulis constans, illisque capaciorem, ita subiicit: Dico, inquit, illam esse caelum, thronum simul, & crucem, extendens enim sanctas uenas Christum portauit. & infans Gabriel saluatis Virginem, Aus gratia plena; quæ est

S. Iacobus

Bernard.

Virgo Dei.

para per

firmamen

tum signi

ficatur.

Genes. 1.

Psal. 18.

Epiphani